

Johannes Assuerus Ampzing

## **Programma In Solennem Et publicam recitationem Legum Academiae Rostochiensis**

Rostochi[i]: Pedanus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734588267>

Druck Freier  Zugang



RU Progr. 1621

- 1) Progr. in recitationem legum. Joh. Arvenus
- 2) " in passionem J. C. "
- 3) Lithard Lubinus
4. Progr. in introduct. Simon Todemann



Programma  
IN SOLENNEM ET  
publicam recitationem  
LEGUM  
ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS.



Rostochi  
*Typis JOACHIMI PEDANI,*  
*Acad. Typog.*

---

ANNO M. DC. XXI.

F. BOUM

ROSTOCK



ROSTOCK

ANNO MDCXXI

R E C T O R  
 A C A D E M I Æ R O S T O C H I E N S I S  
 J O A N N E S A S S V E R U S  
 Ampfingius Transfulanus, Med.  
 Doct. & Professor.



*At illo quum certè mihi visum est dictum, quò nullum unquam certius vel ex ipso Apollonis tripode seu Cortinà profectum fuit. Dictum inquam, quod apud Ictum quendam exitium lego his verbis per scriptum: Eò post Justiniani tempora, prò dolor, res devenit, ut non tam quid legibus scitum, quàm quid communibus interpretum suffragijs receptum sit, in Judicijs attendatur: Unde Legi Opinione velut Pellicem esse substitutam, cum quã Fornicantes spurios Juris foetus excludere, & familiam Juridicam turpissimè foedare. Icti cordati deplorant, & de remedijs, tam exitioso serpenti malo applicandis, laborant. Et quid mirum? Etsi enim, dicente eodem Icto, Justinianus absolutissimam Juris scientiam arte certã comprehendere TENTARIT; tamen partim prolixitate, partim et briori mutatione & interpolatione, RELICTIS ANTINOMIARUM VERBIS, indigestam & rudem Juris molem nobis reliquit. At enim inquam ego, Quid tandem causa est, quã obrem illa rudis & indigesta Juris moles in ordinem cogi nequeat? Respondet vir egregius. Quia Interpretum commentis & opinionibus diversissimis inò Contrarijs obcuratur. Hac vir ille ut verissimè ita doctissimè; quippe,*

satis esse ratum si causam rei proximam cum nonnullis remotio-  
ribus adduceret. Causam verò penultimam quæ immediatam  
proximè antecedit, nempe opinionum omnium matrem ideò nō  
fallor silentio prestitit, ne ulcus tangeret quibusdam præposterè  
doctis, qui è Palæmonis arte, in ipsas superiores Facultates  
salium fecère. Sed enim quæras fortasse, Quanam est illa opi-  
nionum mater? Dicam sanè at non meis sed viri cuiusdam  
magni verbis. Nihil, inquit, est penè certum adeò, quin  
ab aliquibus speciosâ ratione sit impugnatum. Hinc tot  
opinionum tam differentes Sectæ originem traxerunt;  
quas equidem tantum à veritate, quantum à Methodo  
recessisse constat. Hæc enim via est Veritatis investi-  
gandæ certissima: quam qui neglexerint, eos in varios  
citores delabi & Andabatarum more in tenebris depu-  
gnare necesse est: SOLE ILLO PHILOSOPHICO, DIA-  
LECTICA nimirum, destitutos. Nam cum duobus mo-  
dis veritatem rerum LOGICA methodus apprehendat:  
si quando ab iisdem exorbitet; duobus itidem in genere,  
sed qui usu ipso in infinitum excrefcere possint, erroribus  
occasionem præbebit, nimirum, Si vel extra Scientiarum  
limites mens humana evagetur; vel Principia earundem  
tractentur imprudentiùs. Hæc ille de Matre & Genitri-  
ce omnium opinionum, quæ una est, nempe ARTIS LOGI-  
CÆ NEGLECTUS: qui facit ut etiam illi, qui alioqui  
magni & illustres haberi & digito monstrari volunt, in tene-  
bris palpitent. Hæc enim Ars omnium Legum fontes aperit:  
quando singularum rationem, quæ anima Legis est, edisserit.  
Hæc Propositionum & Axiomatum omnium differentias ad  
amissim tradit, & quæ harum Categorica, quæ Hypothetica,  
quæ Affirmativa, quæ Negativa, quæ Universales, quæ Parti-  
culares, quæ Indefinita, quæ Vera, quæ Falsa, quæ Cōtingētes,  
quæ Impossibiles, & deniq; quæ Necessaria sint, explanat: sive  
Necessi-

*Necessitas illa sit absoluta, sive naturalis, sive deniq; illa, quam  
Demonstrationis & Definitionis vocamus: cujus cognoscenda  
tanta est utilitas, tanta necessitas, tantus usus, ut qui eam igno-  
rant, in omni contemplatione & dijudicatione rerum avari sint  
ad Lyram.*

*Necessitatem hanc validissimè firmat ipsa Syllogismorum  
Structura, quæ in primâ Figura tam firma est, ut vel ipsū Dia-  
bolum, licet versutissimum, liget & medium teneat. Undè  
jam hîc obiter memoria mihi recrudescit eorum, qui non ita  
pridem in primâ Figurâ Præmissis categoricè concessis, Comple-  
xionem in ferebant hypotheticam: ut triplo plus esset in Con-  
clusionem quàm in Præmissis.*

*Sed enim ingerat fortasse quispiam, Quorsum tu hac tam  
multa de Logices utilitate & necessitate idq; in ipsa Legum  
promulgatione? Rogas Lector? facio id non temerè, nec ci-  
tra animi dolorem. Sunt in Academiâ hac, quæ est fundi  
nostri calamitas, nonnulli Dominorum Studiosorum se nomine  
venditantes, quorum ea est morum effrenis licentia & petu-  
lantia, quæ ut non decet ingenuos & frugi Adolescentes, ita  
eos à manifesto perjurio excusare nequit. Objurgati delicta  
sua defendunt effugijs tam futilibus & indoctis: ut pudere ho-  
rum meritò possit vel vilissimum quemq; eorum, quos illi, novo  
& ab inferis evocato vocabulo, Pennales vocitant. Pudor  
est certè Pennalitatem & Dominitatem ex annorum quibus  
in Academia vixerunt numero ac non ex ipsa potius eruditio-  
ne vel ruditate aestimare.*

*Jurarant sanctè se velle pro tempore Rectori & ejus in hoc  
officio Successoribus obedire in licitis & honestis. Tum deinde  
velle se observare Statuta & in posterum per Academiam sta-  
tuenda. Prætereaq; bonum Academia promovere pro posse  
& nosse. Tum hoc etiam, si propter delictum aut inobedien-  
tiam sibi mandatam fuerit, ut pœna certa se subjiciant &c.:*

illi se velle mandato parere absq; contumaciâ, Et hæc quidem omnia solenniter extensis duobus è quinq; jurato promiserunt, cum pronuntiatione horum verborum SIC ME DEUS ADIUVET.

Quid autem fit? Jubent Academia Statuta, Ne sint Nationes in Academiâ Rostochiensis: quia non plura sed duntaxat unicum numerò voluerunt Majores nostri esse Studiosorum, quâ tales, vinculum; quod est Vinculum Studiorum: ut in Academiâ sint, non Judæus, non Græcus, non Gallus, non Germanus, non Italus, non Hispanus, non Borussia, non Holsatus, non Saxo, non Westphalus: sed omnes Studiosi, tanquam vir unus: solo & unico studiorum vinculo colligatus. Hoc Statuto sapienter inculcato illi posthabito, Nationes colunt, celebrant conventus & convivialia nationalia, per quæ loculos emungunt Novitiorum, quos Pennales vocant. Conducunt ipsi sibi Leges, quas vocant Vinculum Amicitie non quidem Nationis, ut Statutum eludant, sed Populare & Conterraneorum. O futiles nugæ! quasi Populares & Conterranei quid aliud sint, quàm quod Nationes vocant Statuta.

In Convivijs & Symposijs suis nationalibus, velut Myconij aut Sileni quidam, nimio potu velut mente alienati, Cyclopicis clamoribus Stentoriâ voce editis, omnia complent, equitant in fenestris, altero crurum foras porrecto, & bibentes insanitatem Principum per vices certatim, militum more, bombardas in plateas per fenestras explodunt: tanto cum strepitu, tanto cum fragore, ut infantes in cunis contremiscant, civium uxores gravida & puerpera cohorrescant: idq; nullâ ratione habitâ neq; temporis Adventus seu Quadragesimæ, quò ad imminens Festum Passionis Dominicæ, per veram penitentiam Christianos se preparare æquum est: neq; personarum, ne ipsius quidem M. Rectoris aliorumq; Professorum, Doctorum & Senatorum è regione & in propinquo habitantium. Citati ad Con-

Concilium, culpam nullam volunt agnoscere, nedum ut pœna cert a se subijciant.

Plato lege sancit, ut pueri usq; ad duodevigesimum annum vini usum prorsus ignorarent; Juvenes verò ab ebrietate & vini repletionem omninò abstinerent: quòd furiosum Juventutis habitum cavere oporteret. Athenienses ex Instituto Solonis omnem ebrietatem improbabant, & si quis Princeps se inebriasset: hunc morte multabant: quippe quòd Gubernator ebriosus, & cuicunq; rei præfectus omnia subvertat, sive navigium, sive curram, sive exercitum, sive quæcunq; rem fidei sua commissam. Nolite, inquit Gentium Doctòr, inebriari vino, in quo est luxuria. Et Seneca. Quid turpius ebrioso, cui factor in ore, tremor in corpore, qui promit stulta, prodit occulta, cui mens alienatur, facies transformatur: tunc petulans non linguam non manum continet, crescit insolenti superbia, crudelitas servo, malignitas livido, omne vitium grassatur & prodit. Quid ad hæc nostri Dnn. Studiosi? Ebrietas, inquiunt, non jam amplius labes sed laus est, non vitium sed virtus: propter quam nemo Studiosus sit puniendus.

De immanibus verò & Cyclopicis vociferationibus quid? de quibus D. Augustinus, Quisquis amissis modestia frân, insanâ fuerit ebrietate prestratus, adversus respicit stantes, quos integras videre nequit, aut sermone longo superflua verba emittit, & vana dicta componit, MALE CLAMANS & BENE SIBI SONANS.

Tantum vociferans quantum novies deciesvè

Mille viri clamare solent, qui prælia miscnt.

Interrogati Stentores quid Claudiana hæc tonitrua vel ipsas columnas rumpentia mereantur? Non pœnam, inquiunt: quia eramus ebrij. Atqui Pittacus Mitylencus, unus de 7. Græcia Sapientibus, temulentos, si quid deliquissent, duplici pœnâ puniri curavit: ut formidine supplicij à vino promptius abstinerent. Imò ajunt, sunt tonitrua illa nostra hilaritatis signa, Et cum no-

Et ivagi

Et vagi Scurra impunè ejusmodi clamores edant: utiq; major erit Dominorum Studiosorum Licentia; quippe quibus non solum noctu verum etiam interdum liceat esse ebrijs. Et, nec auditum est unquam, ob liberio rem Clamorem quenvquam ebrium punitum aut pœnâ affectum esse. Digna meherclè Argutatio Dn. Studioſo, qui Pennalitatem reliquit, neq; dum discrimen didicit inter Studiosum & vulgarem scurram.

Reliquum est tertium Accusationis caput, explosiones sclopetorum seu bomberdarum. quas militum instar se explosisse ajunt, in honorem Regum & Principum, in quorum sanitate biberunt, imò in honorem ipsius etiam M. Rectoris è regione habitantis: ideoq; non mereri pœnam: quasi verò inter togatum & armatum militem non sit differentia. & quod Cicero dixit, Cedant arma toga, idem sit atq; togati deinceps etiam sint armati & sclopetis insolenter explodendis lasciviât, non jam ab ingenuis artibus emolliti sed ferociores redditi.

Quòd si ob hæc facta R. Concilium pœnâ ipsos multare instituat: provocare se ad superiorem Judicem, coram quo velint cum R. Concilio conflictare judicio. Et eò quidem, pro dolor! excrevit ulcerosissimis hisce temporibus Juventutis petulantia, quæ non Solonem amplius sed Lycurgum planè requirit: de quo Senatus Academicus porro viderit.

Ego interim quod mearum est partium exequar, & de more Leges hujus Academia, die crastino horâ ante meridiem nonâ, in Auditorio Magno, publicè recitari curabo: ad quarum prælectionem publicam audiendam, ne quisquam deinceps harum ignorantiam prætendat, omnium ordinum cives Academicos publico hoc programme invito, Dnn. Professores & Doctores, Verbi Ministros, Magistros & studiosam pubem universam, & in his illos imprimis, qui inebriari, cyclopicos clamores edere & sclopetâ elidere sibi honestamento ducunt. P. P. sub sigillo Academia. Anno 1621. 27. Martij.





Concilium, culpam nullam volunt agnoscer  
cert a se subijciant.

Plato lege sancivit, ut pueri usq; ad du  
num vini usum prorsus ignorarent; Juvene  
te & vini repletionem omnino abstinerent: q  
ventutis habitum cavere oporteret. Athen  
Solonis omnem ebrietatem improbabant, &  
inebriaasset: hunc morte mulctabant: quippe  
ebriosus, & cuicumq; rei praefectus omnia sub  
gium, sive curram, sive exercitum, sive quā  
commissam. Nolite, inquit Gentium Doct  
in quo est luxuria. Et Seneca. Quid t  
factor in ore, tremor in corpore, qui promit  
ta, cui mens alienatur, facies transformata  
non linguam non manum continet, crescit  
crudelitas servo, malignitas livido, omne v  
prodit. Quid ad haec nostri Dnn. Stud  
quiunt, non jam amplius labes sed laus e  
virtus: propter quam nemo Studiosus sit pe

De immanibus verò & Cyclopicis vocij  
de quibus D. Augustinus, Quisquis amissa  
insanā fuerit ebrietate prestratus, adversa  
quos integros videre nequit, aut sermone l  
ba emittit, & vana dicta componit, MAL  
& BENE SIBI SONANS.

Tantum vociferans quantum no  
Mille viri clamare solent, qui  
Interrogati Stentores quid Claudiana ha  
columnas rumpentia mereantur? Non pœna  
eramus ebrij. Atqui Pittacus Mitylenæus, un  
pientibus, temulentos, si quid deliquissent, a  
curavit: ut formidine supplicij à vino pro  
Imoajunt, sunt tonitrua illa nostra hilaritat



the scale towards document

ena  
an-  
ieta-  
Ju-  
tuto  
ps se  
ator  
navi-  
i sua  
vino,  
, cui  
ccul-  
lans.  
rbia,  
r &  
s, in-  
n sed  
vid?  
anis,  
ates,  
ver-  
ANS  
ent.  
ipfas  
quia  
ia Sa-  
uniri  
erent.  
m no-  
ivagi